



DOCUMENTI

S. Atanasio.

Apol. contra Arianos, scritta nel 350; Migne, P. G. XXV, 410.

Hist. Arianorum ad monachos, scritta nel 357 (ib. col. 742).

I due testi sono riferiti sopra, pag. 93, 94.

S. Ilario.

Lib. contr. Const. c. XI; scritto nel 360; Migne, P. L., X, 589.

Dopo aver rinfacciato a Costanzo le violenze contro i vescovi e i cattolici di Milano e di Treveri, gli dice:
« Vertisti deinde usque ad Romam bellum tuum, eripuisti illinc episcopum; et, o te miserum! qui nescio, utrum maiore impietate relegaveris, quam remisit.

Inscrizione sepolcrale di Liberio.

DE ROSSI, *Inscript. Christ. urbis Romae*, tom. II, p. 1, pag. 83-86.

* *Bullettino d'Archeol. crist.* del 1883, pag. 8-9.

- 1 Quam Domino fuerant devota mente parentes
- 2 qui confessoem talem genuere potentem,
- 3 atque sacerdotem sanctum, sine felle columbam,
- 4 divinae legis sincero corde magistrum!
- 5 Haec te nascentem suscepit Ecclesia mater,
- 6 uberibus fidei nutriens delvoluta beatum,
- 7 qui pro se passurus eras mala cuncta libenter.
- 8 Parvulus utque loqui coepisti dulcisa verba,
- 9 mox Scripturarum lector pius indole factus,
- 10 ut tua lingua magis legem quam verba sonaret,
- 11 dilecta a Domino tua dicta infantia simplex,
- 12 nullis arte dolis sceda fucata malignis
- 13 officio tali iusto puroque legendi.
- 14 Atque item simplex adolescens mente fuisti,

- 15 maturusque animo ferventi aetate modestus,
 16 remotus, prudens, mitis, gravis, integer, aequus;
 17 haec tibi lectori innocuo fuit aurea vita.
 18 Diaconus hinc factus juvenis meritoque fideli,
 19 qui sic sincere, castè, integreque pudice
 20 servieris sine fraude Deo, [qui] pectore puro
 21 atque annis aliquot fueris levita severus,
 22 ac tali iusta conversatione beata
 23 dignus qui merito inlibatus iure perennis
 24 huic tantae sedi Christi splendor serenae
 25 electus fidei plenus summusque sacerdos
 26 qui nivea monte immaculatus papa sederes
 27 qui bene apostolicam doctrinam sancte doceres
 28 innocuam plebem caelesti lege magister.
 29 Quis, [t]e tractante, sua non peccata refoebat?
 30 In synodo cunctis superatis victor iniquis
 31 sacrilegis, Nicaena fides electa triumphat.
 32 Contra quamplures certamen sumperis unus
 33 catholica praecincte fide possederis omnes.
 34 Vox tua certantis fuit haec sincera, salubris:
 35 atque nec hoc metuo neve illud committere opto,
 36 haec fuit haec semper mentis constantia firma.
 37 Discerptus, tractus, profugatusque sacerdos,
 38 insuper ut faciem quodam nigroro velaret
 39 nobili falsa manu portantes aemula caeli,
 40 ut speciem Domini foedare[!] luce corusc[am].
 41 Ea tibi discrimen vehemens non sufficit annum,
 42 insuper exilio decedis martyr ad astra,
 43 atque inter patriarchas praesagosque prophetas,
 44 inter apostolicam turbam martyrumque potentum.
 45 Cum hac turba dignus mediisque locatus [honestè]
 46 mitter[is in] Domini conspectu[m], iuste sacerdos.
 47 Sic inde Tibi merito tanta est concessa potestas,
 48 ut manum imponas patientibus, incola Christi,
 49 daemonia expellas, purges mundesque repletos,
 50 ac salvos homines reddas animosque vigentes
 51 per Patris ac Filii nomen, cui credimus omnes.
 52 Cumque [tu]m] hoc obitum praecellens tale videmus.
 53 spem gerimas cuncti proprie nos esse beatos,
 54 qui sun.us hocque tuum meritum fide[m]que secuti.

S. Ambrogio.

Lib. de Virginius III, 1, scritto nel 377; *Migne, P. L. XVI, 219.*

Tempus est, soror sancta, ea quae mecum conferre soles, beatæ memoriae Liberii praepcepta revolvere, ut quo vir sanctior, eo sermo accedat fragor.

Faustini et Marcellini presbyterorum ad imper. Valentinian. II et Theodosium I libellas precum.

Scritto nel 383; *Migne, P. L. XIII, 21.*

Praefatio.

Temporibus Constantii imperatoris, filii Constantini, durior orta est persecutio Christianorum, ab impiis haereticis arianis, annuente Constantio, qui et Athanasium resistentem haereticis persecutus est, et ut damneretur ab omnibus episcopo imperavit. Quod etiam metu principis facere tentaverunt omnes ubique pontifices, inanditum innocentemque damnantes. Sed Liberius, Romanus episcopus et Eusebius Vercellensis, et Lucifer Calaritanus et Hilarius Pictaviensis, dare sententiam noluerunt. Hi ergo mittuntur in exilium pro fide servanda. Cum Liberio Damascus diaconus eius se simulat profectus; unde fugiens de itinere, Romam rediit, ambitione corruptus. Sed eo die, quo Liberius ad exilium profectus abierat, clerus omnis, i. e. presbyteri et archidiaconus Felix et ipse Damascus diaconus et cuncta Ecclesiae officia, omnes pariter, praesente populo Romano, sub iururando firnaverunt se, vivente Liberio, pontificem alterum nullatenus habituros. Sed clerus, contra fas, quod minime decebat, cum summo perituri scelere, Felicem archidiaconum ordinatum in locum Liberii susceperunt. Quod factum universo populo displicuit, et se ab eius processione suspendit. Post annos duos venit Romam Constantius; pro Liberio rogatur a populo; qui mox annuens ait: Habetis Liberium, qui qualis a vobis profectus est, melior revertetur. Hoc autem de consensu eius, quo manus perfidiae dederat, indicabat. Tertio anno redit Liberius, cui obvians cum gaudio populus Romanus exivit. Felix, notatus a senatu vel populo, de Urbe propellitur et post parum temporis, impulsu clericorum qui periculerantur, irrumpit in Urbem, et stationem in Iulii basilica trans

Tiberium dare praesumit, quem omnis multitudo fidelium et procures de Urbe iterum cum magno dedecore proiecerunt.

S. Gerolamo e S. Prospero.

Il testo della cronaca di S. Gerolamo sta sopra a pag. 109 col testo parallelo di S. Prospero. Il testo del *De Viris illustribus*, ivi, pag. 103.

Anastasio I Papa.

An. 401 epist. ad Venerium Mediol. ; *Javrr*, *Regesta* II, pag. 601.

« Ut sicut olim Arius a sanctis viris in Nicaena synodo congregatis et a Dionysio Mediolanensis, Liberio Romanae ecclesiarum praesulibus aliisque catholicis, qui pro fide exilium libenter tulerint, trucidatus sit, sic nunc Origenes... damnetur ».

Philostorgio.

ariano, scrisse verso il 423.

Nella *Hist. Eccl.* (200-423), che Fozio chiama « encomium haereticorum et recriminationem et vituperationem orthodoxorum » ha il seguente racconto conservato da Fozio; I, IV, 3; *Moax*, P. G., LXV, 516 sg.

Ipsè vero [Constantius] Sirmium profectus, illic coesedit: quo quidem tempore etiam Liberium episcopum urbis Romae, quem Romani summo studio flagitabant, ab exilio revocatum civibus suis reddidit. Tunc etiam eundem Liberium, et una cum illo Osius episcopum contra consubstantialis vocabulum et contra Athanasium subscripsisse ait Philostorgius, cum synodus quaedam illic collecta esset, et supra memoratos in sententiam suam pertraxisset. Postquam vero subscripsissent, Osius quidem ad sedem suam Cordubam scilicet Hispaniae, reversum, Ecclesiam eius loci gubernasse, Liberium vero Romanae Ecclesiae praefuisse. At Felix, qui, absente Liberio, episcopus fuerat ordinatus, ad sua se recepit, episcopi quidem dignitatem retinens, nulli tamen praesidens Ecclesiae.

Socrate.

Libro II, capo 37; verso 440; *Migne*, P. G., LXVII, 31.

At Imperator.... Ursacio ac Valenti, eorumque asecclis, quidvis contra Ecclesiam agendi liberam potestatem dedit. Expositionem autem fidei, quae lecta fuerat Ari-

mini, ad Ecclesiam Italiae mitti iussit: mandans ut quicumque subscribere et nollet, pellerentur Ecclesiam, et in eorum locum alii substituerentur. Et primus quidem Liberius Romanae urbis episcopus, cum fidei illi consensus accommodare rennisset, in exilium mittitur. Felice in eius locum ab Ursacianis suffecto. Qui cum esset ecclesiae romanae diaconus, arianam tunc amplexus perdidit, ad episcopatus honorem promotus est. Nonnulli tamen affirmant, illum opinionem arianam minime amplexum esse, sed vi ad necessitate compulsam ordinationem suscepisse. Tunc igitur in Occidentis partibus, rebus novis ac tumultu plena erant omnia: cum alii quidem extruderentur, et in exilium mitterentur; alii vero in eorum subrogarentur locum. Atque haec gerebantur vi et auctoritate imperialium edictorum, quae ad partes etiam Orientis transmissa sunt.

Ceterum Liberius haud multo post ab exilio revocatus, sedem suam recepit, cum populus romanus seditione facta Felicem Ecclesia expulisset, et imperator licet invitus assensum illis praebuisset: Ursaciani vero, relicta Italia, ad Orientis partes transgressi, Nicenem venero, quod est oppidum Thraciae....

Libro IV, capo 12 (ibid., 483).

I Macedoniani, perseguitati da Valente, pensarono nel 366 di ricorrere per aiuto tum ad fratrem imperatoris (Valentiniano I), tum ad Liberium Romanae urbis episcopum, eorumque fidem amplectendam potius, quam ut cum Eudoxio communicarent. Mittunt igitur Eustathium Sabastiae episcopum, qui iam saepius depositus fuerat, Silvanum Tarsi Ciliciae, et Theophilum Castabolorum, quae etiam Ciliciae urbs est: mandantque ne in fide dissentiant a Liberio, sed cum ecclesia romana communicatione ineanat, fidemque consubstantialis consensu suo confirmet. Hi ergo cum litteris eorum qui Seleucia ab Acacio dissenauerunt Romam venerunt. Et imperatorem quidem ipsum adire eis non licuit, quippe qui bello contra Sarmatas districtus in Gallia teneretur. Liberio vero litteras suas porrexerunt. Ille initio quidem eos admittere recusabat, Arianarum partium illos esse dicens, nec ab Ecclesia suscipi posse, utpote qui Nicaeanam fidem abrogassent. At illi se dudum restituisse, et veritatem agnovisse responderunt: et Anomoeorum quidem doctrinam eurasae iam-

pridem, Filium vero Patri per omnia similem confessos esse, nec ullatenus differri consubstantialiam a simili. Quae cum dixissent, sententiae suae professionem scripto comprehensam Liberius ab iis exegit. Illi ergo libellum ei obtulerunt, in quo verba etiam fidei Nicaenae erant inscripta.

Reca quindi Socrate lo scritto dei tre legati nel quale essi professano la fede della sinodo di Nicea, in qua consubstantialis vocabulum adversus pravam Arii doctrinam pie sanctaeque positum est.

Aggiunge poi che: Hoc libello cum legatos quasi cautione quadam Liberius obligavisset, eos in communicationem suscepit, datisque huiusmodi litteris dimisit. *E reca le lettera di Liberio, dove si rallegra con loro che consentano nella fede a lui ed ai suoi confratelli d'Occidente, cioè nella fede cattolica ed apostolica, la quale è quella che cominciando dal concilio di Nicea fu sinora conservata integra ed incossa.* Hanc autem catholicam fidem esse agnoscimus, quae usque nunc a concilio Nicaeno integra et incossa permansit. Et hanc legati vestri se habere professi sunt: et cum incredibili gaudio omne vestigium ac fomite absurdæ suspicionis aherentes, non verbis solum, verum etiam scripto eam exposuerunt.... Quae quidem fides in hypostasi et in consubstantialis vocabulo comprehensa tanquam firmum et inexpugnabile monumentum, impetus omnes et machinas arianæ demeritæ reprimat et repellit.

Indi notifica agli Orientali che: « omnes propemodum illi qui tunc apud Ariminum collecti, partim illecebris, partim dolo decepti fuerant, fidei ab Ariminensi concilio editam anathemate damnarunt, et catholice atque apostolicæ fidei olim apud Nicaeam promulgatæ ascripserunt. Et nobiscum inita communione, adversus Arii doctrinam eiusque discipulos gravi indignatione commoventur. Cuius rei argumentum legati charitatis vestrae cum viderent, vos quoque ipsos in subscriptione sua adiunxerunt, Arium anathemate damnantes, et ea quae contra Nicaenam fidem Arimini gesta sunt... »

Più sotto ripete di nuovo la stessa narrazione, dicendo: « Significamus autem vobis, ne sitis inscii, omnes Ariminensis concilii blasphemias ab illis ipsis, qui tunc per fraudem decepti fuisse videntur, anathemate damnatas esse, et universos in Nicaenam fidem conspirantibus animis, consensisse ».

Finisce avvertendo che « Qui quidem si post hoc concilium, perversæ doctrinæ virus evomere, et omnes Arii blasphemias reicere, easque anathemate damnare noluissent, sciant se pariter cum Ario... aut aliis quibuslibet hæreticis extraneis esse et alienos a communione Ecclesiæ, quæ adulteros filios non admittit ».

Sosomeno.

Hist. Eccl. l. IV. c. XV, scritta verso 450; Migne, P. G. XLVII. 1170.

Haud multo post imperator ab urbe Roma Sirmium reversus, cum occidentales episcopi legationem ad ipsum misissent, Liberium Bercoæ ad se accersivit. Cumque adessent legati episcoporum Orientis, convocatis sacerdotibus, qui in comitatu erant, Liberium coepit compellere, ut Filium Patri non esse consubstantialem profiteretur. Instabant autem et imperatorem ad hoc impellebant Basilus, Eustathius et Eleusius, qui præcipua apud ipsum auctoritas pollebant. Qui cum ea, quæ contra Paulum Samosatensem et contra Photium episcopum Sirmii decreta fuerant, ac præterea fidei formulam in dedicatione Antiochenis basilicæ editam, in unum tunc libellum antieciant, perinde quasi quidam, sub obtentu vocabuli consubstantialis, propriam hæresim stabilire conarentur, effecerunt ut Liberius et Athanasius, Alexander, Severianus et Crescens Africae episcopi, et formulæ consentirent. Consenserunt pariter Ursacius, et Germinius episcopus Sirmii et Valens Mursæ, et quotquot ex Orientis partibus aderant episcopi. Sed et confessionem a Liberio vicissim susceperunt, quæ eorum, qui Filium secundum substantiam et per omnia Patri similem non esse assererent, alienos ab Ecclesiâ pronuntiabat. Nam cum Eudoxius et qui cum illo opinioni Aetii favebant, Antiochia Hosii epistolam accepissent, sparsis rumoribus divulgaverunt, Liberium quoque consubstantialis vocabulum condemnasse, et Filium Patri dissimilem confiteri. His per Occidentalium legatos confectis, imperator Romam redeundi potestatem Liberio concessit. Scripserunt etiam episcopi, qui Sirmium convenerant, ad Felicem, qui tunc Romanæ Ecclesiæ presidebat, et ad clerum eiusdem civitatis, ut Liberium susceperent, atque ambo apostolicam sedem gubernarent et simul sacerdotio fungerentur absque ulla dissensione, et quidquid molesti acciderat propter Felicis ordinationem atque absentiam Liberii

oblivioni traderent. Nam Liberium utpote virum undaque egregium, et qui pro religione imperatori fortiter restitisset, populus Romanus impense diligebat; adeo ut eius causa gravissimum seditionem excitaverit, et ad caedes usque proruperit. Post haec vero cum Felix modico tempore supervixisset, Liberius solus Ecclesiam administravit. Quod quidem divina Providentia ita dispensavit, ne sedes Petri dehonoreretur, a duobus praesulibus simul gubernata; quod discordiae signum et ab ecclesiasticis legibus alienum est.

Theodoro.

Hist. Eccl., II. 14 scritta verso 450; *Moena P. G.* LXXXII, 1038.

De exsilio et redita S. Liberii.

In Thraciam ergo, sicut fuerat imperatum, triumphans veritatis athleta profectus est. Biennio autem elapso, cum Romam venisset Constantius, procerum honoratorumque coniuges viros suos rogarunt ut pastorem gregi suo reddi ab eo postularent, adentes se, nisi postularent, deserturas eos, et ad egregium illum pastorem convoluturas. At illi principis iram vereri se dixerunt: sibi enim quod viri essent, veniam fortasse nullam concessuram; vobis vero, aiebant, si deprecemini, condonabit haud dubie; daturumque alterum evaniet, ut vel preces vestras suscipiat, vel, si respuit, vos illaesa dimittat. Hoc consilium amplexae praestantes feminae, soliti splendoris ornatu ad imperatorem se conferunt, ut nobiles eas esse ex veste concientes reverentiam illis et benignitatem impertiret. Sic comparentes orant enixe, ut tantam urbem pastore orbantur laporumque insidiis expositam miseretur. Ille vero alio pastore urbi opus non esse respondit; habere illam idoneum, qui eius curam gerat. Ordinatus enim post magnum Liberium fuerat ex eius diacono unus, Felix nomine, qui expositam Nicaeae fidem illibatam quidem servabat, sed cum iis qui hanc depravant libere communicabat. Quo factum, ut in Ecclesiam, dum intus esset, nemo civium Romanorum sit ingressus. Quod cum imperatori matronae suggessissent, ea re inflexus, exitum illum pastorem redire iussit, et utrumque communi opera Ecclesiam gubernare. Lectis in circo his litteris, populum exclamavit, aequum esse imperatoris sententiam. Bifarium quippe divisos esse spectatores, discretis nominibus ex

colorum varietate, et propterea illorum his unum, alterum aliis praeesse oportere. Hoc modo imperatoris litteras cum irrisissent, in unam vocem omnes pariter erupunt: Unus Deus, unus Christus, unus episcopus. Ipsa enim eorum verba referenda censui. Post hanc populi christiani pietate ac iustitia insignem acclamationem, reversus est divinus Liberius. Felix vero autem in alia civitate sedem fixit.

Gesta Liberii 1.

Scritti nel sec. VI; *Moena*, P. L. VIII, 1388 ediz. 1844.

1. Anno regni Constantini regis nepotis Constantini magni viri, erat quidam sacerdos urbis nomine Liberius, pius praesul Christum praedicans, sicut et doctus fuerat a Marco episcopo urbis Romae, qui eum ordinavit diaconum in civitate in gremio basilicae Constantinianae, semper in Trinitate fixus, Patrem, Filium et Spiritum Sanctum praedicans, et laudans Deum de Deo et lumen de lumine, totum a toto, plenum a pleno, non creatum sed genitum, non ex nihilo sed ex Patre, unius substantiae cum Patre...

2. Hoc cum legisset ex libro antiquo, edoctus a libro Silvestri episcopi Romanorum, eo quod et publice praedicaret in nomine Iesu Christi a Iepre mandatum fuisse per Silvestrum Constantium patrum Constantis; erit enim Constantis non integre christianus, sed quasi tentator; baptizatus tamen in Trinitate, non tamen integre confitebatur Trinitatem. Baptizatus autem ab Eusebio Nicomediensi in Nicomedia in Aquilona villa. Hic vero dicebat alios filios habuisse de Maria Ioseph. Hoc cum audisset Liberius episcopus urbis Romae, coepit deridere eum et clara voce accusare, et dicere ex omni virtute: « Non erit tuum regnum, quia non times Dominum Deum tuum ». Hoc cum multi referrent regi Constantio, iratus est vehementer, et iussit eum extra civitatem habitare. Habebat autem ab urbe Roma milliarium III, quasi exul in cimiterio Noellae via Salaria.

3. Veniens autem dies Paschae vocavit universos praesbyteros cives romanos et diaconos, et sedit in eodem cimiterio, et dixit: Nolite timere quoniam vobiscum ego

¹ Nei tre documenti che seguono ho conservate le scorrezioni di grafia, che si trovano nei testi.

non habito in civitate Roma, sed habetis vicarium; ecce fratrem et presbyterum Damasum, cuius testimonium vos mihi perhibetis, cuius corpore et mente clara voce vos praedicatis... Erat enim ibi non longe a cymiterio Noellae cymiterius Ostrianus, ubi Petrus apostolus baptizavit. Eodem tempore Paschae baptizavit promiscui sexus numero quatuor millia duodecim....

4. Veniens autem eodem tempore bellum speret Danubium.... Constans dixit.... Sacriligum Liberium, qui dixit patrum meum fuisse leprosum et baptizatum a Silvestro episcopo et mundatum.... rediens ad urbem Romam, volucibus coeli et bestiis terrae carnes eius immolabo....

5. Veniens autem dies Pentecosten.... dicit (Liberio) Dionysius presbyter: Quare non baptizas ad primum pontificem nostrum Petrum apostolum? Respondit (Liberius)... aqua ibi non emanat....

6. Respondit Damasus et dixit: Non tristetur cor tuum, praesenl summe, quis dabo tibi venam fontis emanantem.... Fecit autem (Damasus) cuniculos duos, et exinanivit locum illum qui est a dextra introeuntibus in basilicam beati Petri apostoli. Habebat enim ibidem fontem quae non sufficiebat. Et caecidit Damasus montem manu sua. Et introivit plus quam consuetum est. Et construxit fontem. Et annuntiaverunt.... Liberio quid actum esset. Et iussit convenire omnes presbyteros, clericosque ex universis gradibus vel fideles.... fecit convenire monasteria et plebem sanctam Christianorum. Et cum laetanea venit ad beatum Petrum apostolum.... Et introierunt sabbato Pentecosten, et placuit Liberio fons et gaudio plorabat omnino non amare, sed favum omnibus videbatur. Ab hora nona catechizavit omnes, et ab hora quasi (undecima) iam ad octavum usque in dominica Pentecosten non cessavit baptizare. Et baptizati sunt promiscui sexus fere octo millia ceterique decem. Multi eodem tempore desiderabant tangere vestimenta Liberii episcopi.

7. Alia autem die, quae est feria secunda, audivit universa plebs quod Constans adeptus quidem victoriam.... transivit usque ad Niomediam, et in Aquilone villa, ubi baptizatus est ab Eusebio Niomedienese, in Arianorum dogma declinat. Eodem loco mortuus est et sepultus Constante III et Constantio Augusto et Basso consulibus (346). IX Kal. maias. Et sedit eandem sedem Petri apostoli annos XVII, menses XIII, dies VIII.

8. In eius tempore fabricata est abbas in urbe Roma in regione quinta, et requievit in pace.

Vita sancti Eusebii presbyteri romani.

Scripta nel sec. VI; Acta SS. t. III ang., p. 166.

Eodem tempore quo Liberius de exilio revocatus fuerat a Constantio Augusto haeretico, in eodem tantum dogmate et non rebaptizarent populum, sed una communionem consumarent plebem, Eusebii presbyter urbis Romae coepit declarare Liberium haereticum et amicum Constantii. Cumque multi sancta confessione et Catholica fide vitarent communionem Liberii per Eusebii presbyteri doctrinam, occupantur ecclesiae a Liberio, eiicitur Felix de episcopatu, subrogatur Liberius; tenetur Eusebius presbyter, et quod in domo sua, quam ipse estruxerat, populum congregaret et quia confortaret plebem sanctam.

Tunc Constantius imperator aggreditur cum Liberio Eusebium presbyterum dicens: Tu solus Christianus es in urbe Roma?

Eusebius presbyter respondit: Sic confidimus in Domino, quia fideles nos invenit Christus, sicut et baptizati sumus et benedictionem quam a beato Iulio suscepimus, tenemus.

Liberius dixit: Nos cuius fungimur vice, nonne Iulii anterioris nostri?

Eusebius dixit: Si perseverasses in fide quam in persecutione primo tenere visus fueras.

Liberius dixit: Praesente Augusto tam contumacem me existimas?

Eusebius dixit: Res ipsa te docet et declarat.

Imperator Constantius dixit: Et quid est inter fidem et fidem?

Eusebius presbyter respondit: Quantum ad nos peccatores et integre tenentes sumus. Quantum ad vos, insania diaboli et invidia superstitionis vestrae, ut Felicem episcopum, quem vos non tacentis Catholice et Dominum Iesum Christum invocantem, purum sacerdotem, in damnationis causam exilio direxistis, qui tamen in praediolo suo orationibus vacat. Et quidem ausu tuo Christianis necem et occisionem praecipisti inferri, maxime clericis et presbyteris et diaconibus.

Tunc iratus Constantius, sub rogatu Liberii, includit Eusebium presbyterum in quodam cubiculo domus suae, quod humile erat in latitudine pedibus quatuor, et ibi multis mensibus in oratione perseverans, inclusus tamen, post menses septem dormitionem accepit nono decimo Kalendas Septembris. Cuius corpus collegerunt Gregorius et Orosius presbyteri parentes eius et sepelierunt in crypta iuxta corpus beati Sixti martyris et episcopi via Appia in coemeterio Calixti, ubi et titulum eius scribentes posuerunt pro commemoratione eius: **Eusebio Homini Dei.**

Eodem tempore auditum est a Constantio imperatore eo quod Gregorius et Orosius presbyteri collegerunt corpus Eusebii presbyteri, et in eadem crypta vivum praecepit includi Gregorium. Tunc Orosius presbyter collegit semivivum beatum Gregorium noctu occulte propter Constantium Augustum, et, emisso spiritu, sepelivit eum iuxta corpus sancti Eusebii presbyteri. Qui etiam Orosius haec gesta conscripsit.

Ab eodem die intra ecclesiam insu Constantii imperatoris quisquis inventus fuisset non sic confiteri vel participari sicut Liberius, indiscussus gladio puniretur. Quapropter in plateis et in vicis et in ecclesiis sive in balneis gladio trucidabantur, persequente Constantio Christianis una cum Liberio.

Liber pontificalis (ediz. DUCHESNE I, 305, 207 e seg.).

XXXVI.

Iulius, natione Romanus, ex patre Rustico, sedit ann. XV m. II d. VI. Fuit temporibus Constantii filii Constantini haeretici a consulatu Feliciani (337) et Maximini. Hic multas tribulationes et exilium fuit mensibus XI: et post huius Constantini mortem cum gloria reversus ad sedem beati Petri apostoli....

XXXVII.

1. ¹ Liberius, natione Romanus, ex patre Augusto, sedit ann. VI m. III d. IIII.

2. Fuit autem temporibus Constantii ² filii Constantini usque ad Constantio Aug. III.

¹ I numeri dei paragrafi sono qui aggiunti per chiarezza.

² MOMMSEN, *Gestor. Pontif. Rom. in Mon. Germ. Hist. ha. Constanti.*

3. Hic exilio deportatur a Constantio eo quod voluisset haeresi arianae consentire, et fuit in exilio annos III.

4. Et congregans sacerdotes cum consilio eorum Liberius ordinavit in locum eius Felicem presbiterum episcopum, venerabilem virum.

5. Et fecit concilium Felix et invenit duos presbiteros consentientes Constantio Augusto ariano, nomine Ursacium et Valentem, et damnavit eos ¹ in concilio XLVIII episcoporum.

6. Post paucos autem dies zelo ducti Ursacium et Valentem rogaverunt Constantium Augustum ut revocaret Liberium de exilio, ut unam tantum communionem participaret, extra secundum baptismum ². Tunc missa auctoritate per Catullinum agentem in rebus et simul Ursacium et Valentem venerunt ad Liberium. Qui Liberius consensit praeceptis Augusti ut unam tantum participationem communionis conveniret cum haereticis, tantum ut non rebaptizarent. Tunc revocaverunt Liberium de exilio.

7. Rediens autem Liberius de exilio, habitavit in coemeterio sanctae Agnae apud germanam Constantii Augusti, ut quasi per eius interventionem aut rogatu rediret Liberius in civitatem. Tunc Constantia Augusta, quae fidelis erat domino Iesu Christo, noluit rogare Constantium Augustum germanum suum, quia senerat consilium.

8. Eodem tempore Constantius una cum Ursacio et Valente convocaverunt aliquos, qui ex faece ariana erant, et quasi facto concilio misit et revocavit Liberium de cymiterio beatae Agnae.

9. Et ingressus Roma, in ipsa hora Constantius Augustus fecit concilium cum haereticis, simul etiam Ursacium et Valentem, et eregit Felicem de Episcopatu, qui erat catholicus, et revocavit Liberium.

10. Ab eodem die fuit persecutio in clero ita ut intra ecclesiam presbiteri et clerici necarentur et martyrio coronarentur.

11. Qui depositus Felix de episcopatu habitavit in praediolo suo via Portuense, ubi et requievit in pace IIII Kal. aug.

12. Ingressus Liberius in urbe Roma IIII non. aug. consensit Constantio haeretico. Non tamen rebaptizatus est

¹ MOMMSEN et eregit eos.

² In luogo di extra etc. un codice ha *excepto rebaptizatus.*

Liberius, sed consensum præbuit, et tenuit basilicas beati Petri et beati Pauli et basilicam Constantinianam annis VI.

13. Et persecutio magna fuit in urbe Roma, ita ut clerici¹ et sacerdotes neque in ecclesia neque in balnea haberent introitum.

14. Hic Liberius ornavit de platomis marmoreis sepulcrum sanctae Agnae martyris.

15. Omnes itaque anni Felicis in huius ordine dimmerantur.

16. Hic fecit basilicam nomini suo iuxta macellum Libiae.

17. Et fecit ordinationes II in urbe Roma per mens. decemb., presbiteros XVIII, diaconos V; episcopos per diversa loca XVIII.

18. Qui etiam sepultus est via Salaria, in cymiterio Priscillae, V. id. sept.²

19. Et cessavit episcopatus dies VI.

XXXVIII.

1. Felix, natione Romanus, ex patre Anastasio, sedit ann. I m. III d. II. Hic declaravit Constantium filium Constantini haeticum et rebaptizatum secundo ab Eusebio Nicomediense episcopo iuxta Nicomedia, in villa qui appellatur Aquilone. Et pro hoc declaratum ab eodem Constantii praecepto Augusti filii Constantini Augusti martyro coronatur et capite truncatur.

2. Hic fecit basilicam via Aurelia cum presbyterii³ honore fingeretur et in eadem ecclesia omni agrum circa locum quod obtulit ecclesiae quam fecit.

3. Hic fecit ordinationem I, presbiteros XXI, diaconos V per mens. decemb.; episcopos per diversa loca XVIII.

4. Qui etiam capite truncatur⁴ cum multis clericis et fidelibus occulte iuxta muros Urbis, ad latus forma Traiana, III id. novemb.

5. Et exinde rapuerunt corpus eius christiani cum Damaso presbitero et sepelierunt in basilica supradicta eius, via Aurelia, XVII Kal. decemb.⁵ in pace.

6. Et cessavit episcopatus dies XXXVIII.

¹ ALIAS clericis.

² Un altro codice ha: VIII Kal. Mal.

³ MOMMSEN, presbiteri.

⁴ AL. in civitate Corana.

⁵ AL. XII Kal. Dec.



INDICE

	PAG.
DEDICA	5
CAPO I. — IN CHE CONSISTE LA QUESTIONE DI PAPA LIBERIO	7
1. Chi fu Liberio.	7
2. Accusa contro di lui. Loro origine	11
3. Esse non sono credute dai contemporanei di Liberio che lo conobbero. Loro culto per lui	14
4. Più tardi le calunnie prevalgono anche a Roma	21
CAPO II. — LIBERIO È PERSEGUITO ED ESIGLIATO. 26	
1. I precedenti	26
2. I concili di Arles e di Milano	28
3. Liberio è portato via da Roma e condotto a Milano	34
4. Suo colloquio coll'imperatore e suo esiglio a Berea	38
CAPO III. — SUPPLICHE DEI ROMANI IN FAVORE DI LIBERIO	44
1. Costanzo e gli ariani creano a Roma l'antipapa Felice. Ostilità del popolo romano contro di lui.	44